

# POLLVCIS DVRANTIS

## PRÆFATIO.



**S**I QVID erat quondam decoris genialibus Hortis,  
Si laudem est nactum pingue feraxque solum,  
Si tibi Terra parens fuit unquam Gloria; pulchris  
Si fuit ullus honos fætibus ante tuis;  
Tempus adest cum vera dabit Medicamina simplex  
Herba, neque hac fallit Pharmacopœia duplex,  
Quæcumque hac olim latuit vel in arbore virtus  
Vsum ad communem colligit iste liber.  
Hic quæcumque potens est Herba, aut Arbor, & Artes  
Ad medicas toto nascitur orbe, patet:  
Consitus ergo tuis manibus medicabitur hortus.  
Quicunque eueniet Morbus amice tibi;  
Nec magnis posthac unquam fraudabere possit  
Quin morbos superes ejiciasque procul.  
Has hominum fraudes quondam inuenere tabernacula  
In queis venalis Vita retenta latet,  
Quisque autem verum inueniet medicamen in horto  
Pauperior codro sit licet ipse suo:  
**DURANTIS** præclara opera, atque industria magni  
Si tibi cura tui est omnia vera dabit.  
Multa renascentur quæ iam cecidere, simulque  
Quæ nunc usus habet, si volet ille cadent.  
Ipsi etenim ratio est, & vis, & norma medendi.  
Herbaque quid valeat qualibet ipse docet.  
Consere nunc hortum Lector tibi candide Letum,  
Vnde agrotantem te medicare queas.  
**DURANTIS** tuo grates persolue, quod Herbas  
Expertus, quicquid profuit arte canat.